me. et per cuncta beneficia
tua. pro quibus tibi gratias
ago et refero. quia tu me
feciſti. et ex nichilo creaſti.
et redemiſti tuo proprio ſan
guine. et ad vitam tuam
produxiſti. et contra dyaboli
temptaciones michi vitam
eternam promiſiſti. propter
iſta et multa alia que oculus
non vidit. nec auris audi
uit. nec in cor hominis aſcendit
Rogo te dulciſſime domine
Ihesu christe ut ab omnibus peri
culis corporis et anime per tuam
pietatem me famulum tuum
N. nunc et ſemper liberare

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 503ab, p. p.%2039 – Prayer book, Latin and French (http://www.e-codices.ch/en/csg/0503ab/p.%2039)